MONUMENTA GERMANIAE

CRONICA ARCHIEPISCOPORUM COLONIENSIUM

Sequens historia medio saeculo XV.[1] Coloniae condita fuit ita, ut librum sextum efficeret maioris cuiusdam operis, quod imperatorum, paparum aliorumque principum historias singulis libris tractasse videtur.[2] Auctor pro fundamento sibi sumsit Gesta pontificum Coloniensium[3]; ~~huic in~~ at eorum verba quamplurimum mutavit, transposuit, ampliavit, multaque inseruit ex legendis atque vitis singulorum archiepiscoporum, ex decretis pontificum ~~atque ex aliis fontibus~~ aliunde deprompta. Desiit iam a. 1370. sed primum ulterius procedere constituerat.[4] +

Ab eo inde anno usque ad a. 1508 chronicon alius quis continuavit sermone inculto et quam maxime impedito, tam crassi ingenii, ut ~~integras~~ quae in praecedenti chronico de Wilhelmo narrata legisset, ipse ~~de~~ sub Hermanno ~~scriberet~~ iterum exhiberet integra, nil nisi nomen mutans. — Codices hos habuimus:

1) Codex olim Soc. Jesu Antwerpiensis, iam Bruxellensis 8037–8050. chart. s. XV. de quo egi in Annalibus nostris VIII, 508. inter alia ~~nos~~

1) cf. ~~ex~~ c. 59.

2) cf titulum codicis 1. Incipit liber sextus. et c. 48: in superioribus, scilicet in cronicis imperatorum.

3) Mon. SS. edita.

4) cf. c. 83: usque ad tempora Frederici III Col. arch. de quo infra sequitur.